Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Cogitaui uias meas et conuert pedes meos in testimonia tua
Paratus sum et non sum turbatus ut custodiam mandata tua Funes peccatorum circumdederunt me et legem tuam non sum oblitus
Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiae tuae Particeps ego sum omnium timentium te et custodientium mandata tua Misericordia
dia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me
Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum
tuum Bonitatem et disciplinam et scientiam doce
me quia mandata tua credidi Priusquam humiliarer ego de
liquii propterea eloquium tuum custodiui Bonus es tu et in bo
nitate tua doce me iustitias tuas Multiplicata est super me
iniquitas superborum et aut in toto corde meo scrutabor mandata tua
Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego legem tuam meditatus
sum Bonum mihi quia humiliasti me ut discam iustitias tuas Bonum mihi
lex oris tui super milia auri et argenti Manus
tuae fecerunt me et plasmauerunt me da mihi intellectum ut discam mandata
Qui timent te uidebunt me et letabuntur quia in uerba
tua sperauerunt Cognouimus domine quia aequitas iudicia tua et in
uerum humiliasti me Fiat misericordia tua ut consolentur me secundum eloquium
tuum seruo tuo Veniant mihi miserationes tuae et uiuam: quia lex
tua meditatio mea est Confundantur superbi quia iniuste iniqua
fecerunt in me ego autem exercebor in mandatis tuis
Conuertantur mihi timentes te et qui nouerunt testimonia
tua Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis
ut non confundar Alleluia alleluia alleluia Cantica in dominicis
diebus nisi aliter assignetur Deus caritas est et
qui manet in caritate in deo manet et deus in eo
Ps bre Inclina cor meum deus In testimonia tua Auerte
te oculos meos ne videant uanitatem in uia tua uiui
fica me In tes Gla Inclina Ego dixi domine miserere

68